

[s. 83](#) [Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 1068666]

PRISCÆ AC VERÆ NOBILITATIS INSIG-
 NISQUE ERUDITIONIS AC VIRTUTIS VIRO DN. TYCHONI
 BRAHE OTTONIDI, DOMINO INSULÆ HUENÆ, DN.
 ET AMICO SUO PLURIMUM OBSERVANDO.

S.

LITERÆ tuæ, genero e Dn. TYCHO, mihi duabus de cau is fuerunt gratiſ imæ, cum quod familiaritatem inter nos hîc Augu tæ conflata, literarum Beneficio fulcire non dedignatus es, tum quod cirem, eum qui dicebatur obijſ e anno 82, adhuc in vivis eſ e et hac aura inter uper tites feliciſ ime frui. Qua felicitate ut quam diutiſ ime vel propter Rempubl. literariam ad artes Mathematicas re taurandas temporum iniuria collap as, fruaris, Deum Opt. Max. toto pectore oro. || Porro ad petitionem tuam quod attinet de emendis libris, feci quod potui. Inprimis autem mihi curæ fuit SCALIGERI de emendatione temporum, qui in fine appendicem habet compleetentem iudicium, quo Gregorianum eu Lilianum, ut ip e vocat, Calendarium in univer um improbat, uti videbis. Huic adiunxi aliorum in Germania editorum cripta quotquot habere potui, quæ in unum volumen unt conieeta et Heidelbergæ edita po t. Edidit et IACOBUS HEERBRANDUS Theologus Tubingen is The es contra Calendarium, quibus no trorum Theologorum ententiam de non recipiendo Calendario comprobavit, ed a Senatu unt prohibita et explo æ, ut ic loquar. Superioribus criptis adiunxi HAGECIJ Re pon ionem ad HANNIBALEM et GRAMINÆUM de Stella Nova, quæ ante triennium per me ad te non miſ a eſ e recordor. Proinde tibi non ingrata futura auguror. Librum de Triangulis, quem inprimis de iderare videris, venalem non reperi. Precium ingulorum, quorum undecim in peculiari cheda his literis inclu a notatum invenies, pro quibus affinis meus mihi, ut volui ti, ati fecit. WERNERI libros cum de motu oetavæ Sphæræ, tum de Ob ervationibus tellarum fixarum, i aliquando in vetere quadam Bibliotheca invenero, faciam, ut me tui non immemorem fuiſ e intelligas. Reperi et alios libros A tronomicos in Catalogis WILLERIANIS, partim de Horologijs, partim de A trologia, h. e. illa divinatrice arte traetantes, qui et i plerique in promptu non erant, et a tuis tudijs mihi quodammodo alieni videantur eſ e, ingulorum tamen titulos con ignare volui, precio pleri que adieeto. Si igitur ex his quidam tibi arrident, tuum erit eme tre pacium vel circiter ante me certiozem facere, ut i WILLERUS eius generis libros in promptu non habeat, eos tamen interea temporis huc tran ferendos curare poſ it. Qua in parte tibi meum ^{11*} [s. 84](#) tudium et operam polliceor. Doetoris AMBROSIJ libri ante triennium WELSERO mortuo ab hæredibus unt di traeti et venditi. ||

Novarum rerum fere nihil habeo, ni i quod inter Senatores civitatis no træ propter Calendarium Gregorianum magna animorum di traetio fuerit. Maior enim pars non tam Pontificij quam no tri contenderunt, Calendarium propter vicinos Bavaros et Epi copum Augu tanum recipiendum eſ e tanquam politicam cau am, ut corre pondentia cum vicinis in commercijs, iudicijs et contraetibus ervari poſ it. Pauci ex no tris, tres præ ertim Ædiles Curules aſ erentes Theologorum nomine, Calendarium non eſ e mere politicum negotium, ed etiam Theologicum, eo quod a Pontifice it ortum et ub pœna excommunicationis recipiendum mandetur, minime igitur no tris

Civibus et Eccle ijs obtrudendum eß e, provocantes ad Cameram Imperialem men e Martio 1583. Tandem men e Maio An. 84 e t lata ententia contra Ædiles et adhærentes, quapropter die 18. publicatur ententia, et ijdem 4 Domini iubentur domi uæ e continere, donec aliud quid de illis tatuatur. Die 25. Maij, circa meridiem Præfeetus Urbis, der Stadtvogt, iuß u Senatus Doetorem MYLIUM Augu tanum, no trum primarium Theologum ex urbe in pilento educere conatur. Sed quid fit? Populus hoc audito accurrit et aurigam, quo minus progrediatur, trietis gladijs adoritur, MYLIUMQUE e pilento vi extraetum in ædibus Pi toris prope portam Geggingen em habitantis ab condit, neglectis militibus cu todiam in porta agentibus. Mox confluunt Cives armati vociferantes: no trum Theologum cupimus. Dum hæc aguntur, Senatus ceteros Theologos in Curiam convocat, traetaturus cum illis de Calendario recipiendo; quod tum con tanter denegârunt. Altero die po t eliguntur ex ingulis ordinibus, Patricio, Mercatorio et Plebeio 6 viri, qui de pace et tumultu edando cogitent. ||Mox ultimo Maij advolant legati cum Wirtenbergici, tum Ulmen es, qui litem ita compo uerunt, ut ex cripto vel publicatione in fa ciculum tuum conieeta videre e t. Non dubito, quin diver orum diver a int futura iudicia de Theologis no tris. Sed non olum Legati, Iuri con ulti etc. verum etiam Tubingen es ip i recipiendi Calendarij authores fuerunt, re picientes præ ens periculum, et de ertionem Eccle iæ, alvo verbo et libertate Eccle iæ retenta. Sed de tatu huius urbis no træ fortaß e prolixius, quam par e t. Id altem a te, i non nimis audax viderer, expeterem, ut tuo nos iudicio de hoc Calendario neoterico informares ac firmares, an videlicet id priori præ tet ac cœlo reetius congruat, nec ne. Id enim te unicum efficere poß e, utpote qui luminarium motibus edulo invigiles, per ua um habemus. Et unt vota non no tra altem, ed plurium. Quod upere t, mi TYCHO, Deum Opt. Max. precor, ut tibi largiatur et vires animi et corporis, qui organa et opera in gratiam Mathe eos tudio is inchoata ab olvere, feliciterque [s. 85](#) ad finem perducere queas, quo ane nihil neque cognitu iucundius neque gratius accidere poterit. Vale feliciter. Datae Augu tæ Rheticæ vulgo Vindellicorum po tridie Penteco tes CLÆ IÆ LXXXIV.

IOHAN. MAIOR.